



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XVI. Franciscvs Marivs Molsa, Iacobo Sadoleto S.R.E. Card. S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

Molsa, & cum erit otium, nos tuis literis sapiculè appella.
Carpentoraci, VIII. Calend. Septemb. M.D. XXXVIII.

XVI.

FRANCISCVS MARIVS MOLSA,
Iacobo Sadoletto S. R. E. Card. S. P. D.

Quia me absentem officii complexus sis, Pater amplif.
sime, ex Pauli Sadoleti tui epistola, accuratè admodum ac
permanenter scripta, certior factus sum. In quibus cum iucunda
miles acciderunt: tum illud iucundissimum fuit, quòd à nemine
meo leuiter quidem admonitus, me tamen Pontifici Max. his ver-
bis commendaueris, vt mihi singularis cuiusdam beneuolentiæ
iudicium, ac iudicij testimonium, quo nihil grauius esse potuit,
supererit. Quanquam subuereri venit mihi in mentem inter-
dum, ne maiorem tua prædicatione de me expectationem (quæ
maximè in ameis tuendis est diligentia) excitaris, quam ego su-
bere possim. Vtranque certè eo studio es persecutus, vt amo-
ni erga me tui, rationibus meis consulendo: iudicij verò de in-
genio bene sciendo, egregiam significationem dederis. Amo-
ni certè quoad eius fieri poterit, respondebo, tuorumque erga
me meritorum memoriam studiosissimè diligentissimèque ser-
uabo. Iudicij verò si minus satisfecero, mihi ignosces, imò etiam
tibi, qui me ad eam laudem vocaueris, eaq; de me fortasse rece-
peris, ad quæ consequenda, cum vires omnes animiq; cogita-
tiones, operam, diligentiam, ceteraque omnia quæ in mea sunt
potestate, attulerò, si minus fidem tuam liberabo, omni tamen
sua profectus sim vacaturus. Quod ad Pont. pertinet, vix dici po-
tèst, in eius liberalitate quam nihil propemodum spei mihi po-
tèst. Tu iudicem: qui eo ingenio est, vt si etiam velit, ita tamen
legè ac cunctanter velit, vt ei qui illius arcæ confidat, prius sit
merendum, quam subsidio aliquo subleuetur, necessitate
eius subueniatur. Itaque statuo ipsius liberalitatem afferendo
mihi multò aptiorem esse, quam dissolendo. Quicquid
tamen inde commodi ad nos peruenerit, id totum à te profe-
ctum iudicabo. Meas interim angustias (quod nunquam futu-
rum quæsserim) amare incipiam: quæ mihi causam harum litera-
rum dederunt. Optabam siquidem iam pridem Sadolete vir o-
mnium sanctissime, atque doctissime, te meis literis compellere:
sed ob eam vnam causam vt tuas elicerem literas. Cur enim ego
quædã non ardeam, vt aliquo in loco scriptorum tuorum
meum interij possit meum: cum ea eloquentia præditus sis, vt si in-
terres illos Crallos, Antonios, addo etiã Cicerones, etas tua in-
uicem, cum multis tamè nunquã numeratus fuisses. Ea verò do-
ctrina,



cina, vt nemo illorum temporum neque vberioribus doctrinae
 artibus, neque eloquentiam grauiorum disciplinarum in-
 mento ditauerit. Huius ego rei cum nullum exitum reperire
 propterea quod reuera dignitate, grauitate, doctrina, interpe-
 re me posse non videbam sine maximo scelere: praesto tamen
 fuit, adiuuitque hunc animi mei ardorem, egregia tua ac sine
 laris erga me pietas: qua factum est, vt eam iuuandi meo
 ornandi actionem cogitationemque susceperis, qua filium
 praeteriti non possint. Itaque sum consecutus, vt non modo
 mnes nihil mihi tam paratum esse intelligant, quam operam
 auctoritatem tuam. Sed etiam scribendi ad te occasionem
 maximè cupiebam) nactus sum: quam mihi oblatam nullo
 dimittendam censui. Huc accessit, quod is qui me in scribendo
 impediabat, tui interpellandi metus, eò minus nos commo-
 quod te laboribus senatoris muneribus liberatum, Carpen-
 racti vestro illo familiari in loco oblectari iam puro. Quod
 nobis perincommodè cecidit, qui aduentum tuum audissimus
 expedabamus: non tam incertendum tamen nostra caula, qua
 latandum tua arbitratum sum: quod te in domesticam illam
 dem receperis, vbi & valetudini tuae commodè inseruas, & ho-
 nesto otio ac optato perfruare. Dum id sic tibi sumas, vt tamen
 ibidem manendum putes, dum effuere calor, inque cum me
 liuscule tibi erit, id est, cum planè confirmatus fueris, dabo
 via velis, ac Romam redire, qua virtutis tuae semper a primum
 domicilium fuit. Haec scripsi paulò verbosius, timens, ne ad ea
 vitæ cursum relatus, à quo Reipub. causa inuitus aliquantulum
 deflexisti: veterem viuendi libertatem tibi sequendam statu-
 qua te ad eò delectari solere non sum nescius, vt ab ea vix digredi
 posse mihi persuadeam. Neque verò est, quod me in his
 facilitate tua abutum existimes. Non enim eius generis sunt ef-
 ficia tua, qua gratiarum actionem non desiderant: neque ego
 is sum, qui nisi aliquem mihi splendorem aliunde arcessam, eo
 non sum penitus cariturus. Vale. Romæ, Pridie Non. Iulij,
 M. D. XXXVIII.

XVII.

FRANCISCVS MOLSA, PAVLO
 Sadoletto, S. P. D.

PVTABAM ego post tuum & Sadoleti patris tui ab Vrbe
 cessum, maximam mihi Quirinales vestros hortos obuenti
 facultatem datum iri: quorum amenitate cum tui desideram,
 loco ipso admonente, lenirem: tum me ipsum maximis sollicitu-
 dinibus penè confectum colligerem, ac interdum aliquid etiam